Quelle: https://manuscripta.at/?ID=8191
Copyright: Salzburg, Universitätsbibliothek

deus ut sint a nobis exterius abluantur
inquinamenta mentium: sic a te interius
infundantur pulchrorum meritorum. et resplendant
in nobis augmenta sanctarum virtutum
per christum dominum nostrum Amen

Ad humerale dicat

Obumbra domine caput meum obumbratione
spiritus sancti: et renes meos virtus omnipotentis
expulsis procul ab me domine virtute ad
sacrificandum et seruiendum tibi domino deo vivo
et vero regnante in secula seculorum per
christum dominum nostrum

Ad albam dicat

Indue me domine vestimento salutis: et gratia
uigilanti perpetua gratia hostis infidatores mundet
ut casto corpore et mundo corde valeam laudare
nomen sanctum tuum in secula seculorum Amen

Ad Limgulum

Zona iustitie circumda me domine et gestiens
in me dilectionem dei et proximi per christum
dominum nostrum

Ad Manipulum

Da domine virtute manibus meis ad abstinendum omnem maculam iniquitatis: ut sine